nullasq Motiones Appellationes, ac earum prosequutiones faciendo, ac praemissa omnia, prorsus simplicibus vel triplicatis Evasionibus suspensionibus, fatalibus Juris, praesenti Terrestri bello, Convocationeq ac aliis Juris remediis et defensis non subterfugiendo, necquovis modo evadendo, stat sua praesenti perorati Recognitione ac praemissa omnia mediante.

Romer Drohoiowskiego Quietat.

Comparens personaliter Coram Officio et Actis praesentibus Castren Capitan Premyslien Generosus Simon de Chyzow Romer Dapifer Gostinensis sanus mente et Corpore existens a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusque suis.. quibusvis propriis et Competentibus recedendo praesentibus Actis Castren Capitan Premyslien Jurisdictioni, quo ad Actum hunc attinet, seum suaeribus ac bonis suis generaliter omnibus, totaliter et plenarie Incorporando atque Subiiciendo, palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse Generosum Christophorum Thomam, a Drohoiow Drohoiowski, eiusque posteros, de Scripto Certo manuale, sibi Recognoscenti vel manus sui Recognoscentis super summam Mille septingentorum florenorum polonicorum per eundem Generosum Drohoiowski Dato de Actu et data illius sub praesenti Premysliae die Tertia mensis Aprilis Anno praesenti Conscripto, manu eiusdem Generosi Drohowski propria subscripto Actisque Officii praesentis Roborato. Tum de eadem ipsa Scripti memorati Roboratione, nec non de summa in praefato Scripto Contenta Obligatam in praemissis satisfactionem Quietat emittit, dimisit, liberumque et absolutum cum posteris facit et pronunciat ac perpetuo. Scriptum hocidem manuale cum omnibus et singulis eiusdem Scripti manualis Conditionibus et ligamentis eiusque Inscriptionem Roboratoriam in toto et per omnia Cassat, mortificat et annihilat. Recognoscens sibi in praemissis sufficienter et plenarie satisfactum esse.

Bilska Chroscinskim approbat

Comparens pers. Coram Officio et Actis pnti Castren. Capitanlis Premyslien. Gnosa Constantia de Witowice Gnosi Michaelis Bielski Consors ultima, sana mente et Corpore existens, a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusq. suis quibusuis propriis et Competentibus recedendo pnti Vd Castren. Capitanlis Premyslien. Jurisdictioni quo ad Actum hunc attinet seum sucaribus ac bonis suis glo. oibus totaliter et plenarie Incorporando atq. subiiciendo palam libere publice ac per expressum Recognouit. Quia ipsa cum eiusdem Mariti sui Vti Tutoris Coniugalis expsso et Vltroneo adinfra recognoscenda Consensu Eliberando eundem Gnosum Michaelem Bielski Maritum suum ab onere Statuitionis sui Recognoscentis ad approbandam Inscriptionem Cessionariam, de bonis Sacrae Regiae Mttis Villae Jezierzany in Palatinatu Podoliae, Districtu Vo Camenecen. sitt. per eundem suprascriptum Maritum suum Speio Consensu Sacrae Regiae Mttis ipsi et sibi Recognoscenti ad Cedendum de Iure, tam sibi Recognoscenti, quam marito suo, in personam Gnosorum ‡ Chroscinski et Agnetis Niemirowska Coniugum, quale Ius ad eadem bona Villae Jezierzany sibi servie bat gratiose Collatae Circa Inscriptionem Cessionariam in Castro Camenecen. Podoliae sub Interregno post abdicationem Serenissimi Joannis Casimiri Regis Poloniae Feria sexta post Dominicam Exaudi proxima Anno pnti factam et Recognitam in se inq. se bonaq. sua omnia libere eo assumpto Inscriptionem eandem Cessionariam praefatum Gnosum Maritum suum, in rem et personas eorundem Gnosorum Joannis Chroscinski et Agnetis

‡ Joannis

Nie

044

Alexandrowska Coniugum Ultimorum factam et Recognitam in omnibus eius Contentis punctis Clausulis et ligamentis in toto et per omnia approbat Confirmat et Super eandem Consentit. Roburq suum habere declarat praesenti Sua Recognitione ad praemissa mediante.

Drohoiowska Slezanowskim approbat

Comparentes personaliter Coram officio et Actis praesentibus Castren Capitan Praemyslien Gnosa Constantia de Marchowice Gnosi Stanislai de Drohoiow Drohoiowski et Cristina de Magna Wysocko Gnosi Stanislai Slezanowski Consortes Ultimae Cum earundem Gnosorum Maritorum Suorum Ut Tutorum Coniugalium personaliter assistentia et Ultroneo ad infra recognoscenda Consensu et authoritate Sanis mentibus et Corporibus existentes a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusq Suis quibusvis propriis et Competentibus recedendo praesenti vero Castren Capitan Praemyslien Iurisdictioni quo ad Actum hunc attinet Se cum Summis ac bonis Suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq Subiiciendo palam libere publice acq ex[pre]ssum Recognoverunt et quaelibet earum Seorsim Suo pro interesse recognovit Quia ipsa Se ac Suos Successores in et Super bonis Suis generaliter omnibus Summisq quibusvis pecuniariis habitis et habendis Inscribendo et obligando idq praeliberando ab onere Statusitionis praefatos Gnosos Maritos Suos Super Inscriptionem Roboratoriam Interci[...] Contractione Arendae bonorum Villae Kuszenice Inter eosdem Gnosos Stanislaum Drohoiowski ab Una et Stanislaum Slezanowski Maritos parte ab altera Seq Recognoscentem De Actu et data illius hic Praemysliae Feria Secunda in Cra